Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

de qua ipse dixit; Ego sum uia & ueritas & uita; non ame
ant in diem mala; Qui dat illis securitatem. qui factus. ē.
uia; Utquid timebo in diem mala iniquitas calcanei mei
circumdabit me; Ergo uitet iniquitatem calcanei sui.
in calcaneo quisq. labitur; Intendat caritas uestra
ad ō quid dictum. ē. serpenti ipse tuum obseruabit
caput. & tu eius obseruabis calcaneum; diabolus
~~calcaneum~~ calcaneum tuum obseruat. quando laborat ut de
iciat te. ille obseruat calcaneum tuum. tu obserua
caput ipsius; quod. ē. caput eius. Initium male suggestionis;
Quando incipit mala suggerere. tunc repelle ante quam
surgat delectatio. & sequatur consensio. & tunc
uitabis caput eius. & non adprehendet ille cal
caneum tuum; Quare autem hoc eua dixit. quia per
carnem labitur homo. eua nobis interiar carnos
tra. ē., Qui diligit inquit uxorem suam. seipsum diligit;
quid. ē. seipsum. sequitur. & dicit; Nemo enim
umquam carnem suam odio habuit. sed nutrit &
fouet eam: quia ergo quomodo illum primum hominem
adam per euam supplantauit. sic diabolus per car
nem nos. uult supplantare; Ipse ceptum. ē.
eue uitobseruet caput diabboli. quia diabolus calca
neum ipsius obseruat; si ergo Iniquitas
calcanei circumdabit nos. utquid timemus indie
mala. cum conuersi ad xpm. habeamus in po
testate ut non faciamus.
Iniquitatem. & non erit quod nos circum
det. & gaudemus. indie
nouissima conplangemus; Qui sunt
autem quos circumdabit Iniquitas
calcanei.

XXXI.